

## D E D I C A T I O.

*tibulis ostenduntur Parachymicorum ver-*  
*tices, & eculei tormentaque, aut tur-*  
*pes fuga, scelerataque defectiones in*  
*opprobrium artis producuntur. Sed vi-*  
*ri ingenui sapientesque semper discre-*  
*uerunt inter hos, qui sibi artis titulos &*  
*honores perperam rapiunt, usurpantque,*  
*& inter legitimos modestosque eius Profes-*  
*sores. Plerunque etiam ex cantu vitæ ge-*  
*neris iudicantur. Proiciunt enim impo-*  
*stores illi ampullas καὶ ἀμαξιαῖα πῆματα, &*  
*profugi ex officina Vulcaniam irrepserunt.*  
*Qui periurus fuit aurifaber qui astrolo-*  
*gus mendax, & Calendariographus, qui pa-*  
*stor, imò mercenarius pestilens & fugitiuus,*  
*qui Organicen contaminatus & de lerna*  
*hac similes, ubicunq; de aureo ramusculo so-*  
*mnium viderūt, & scedulā mysticā philo-*  
*sopho surripuerunt, aut ab impostore impe-*  
*trarūt, aut Germanismos Paracelsi perfun-*  
*ctoriè limis aspexerunt oculis, possuntq; iam*  
*aliquid de filtris & aliis balbutire, chymi-*  
*cos statim præ se ferunt, & Carboniperdæ*  
*post suos furnulos fiunt, quicquid inde*  
*per lusum exiit, id è vestigio pro essen-*  
*tia chymica obuiis imperitisque ostentan-*  
*tes, & per multorum mortes iter ad expe-*